addito, in quo diſtinguantur. Quòd ſi, non obſtā- A te numero trium perſonarum, quiſpiam negaue-rit dari intentionem perſonæ cōem illis, eadē rō-ne, licèt admittantur plura entia improducta, ne-gabitur intentio entis neceſſarii, cō̄s illi. Vel è cō-trario ſi (quod probabilius eſt) intelliguntur diui-næ perſonæ conuenire in cōi rōne perſonæ, & di-ſtingui in propriis abſq; compoſitione, quæ dero-get ſimplicitati earum, quia illa cōitas ſolum eſt per abſtractionem, & præciſionem mētis, & de-terminatio non eſt per propriam compoſitionē ē rationis, ſed per ſimplicē modificationē quaſi tranſcendentalem, ita eodem mō dici poſſet de duobus entibus improductis, quatenus conueni-rent in cōi rōne entis neceſſarii, & diſtinguerent in propriis entitatibus. Imò licèt admitteretur, vel vtrumq;, vel alterum illorum entiū eſſe propriè compoſitum compoſitione rōnis, non videt̄ talis compoſitio formaliter repugnare cum neceſſita-te eſſendi, quia non includit propriam potentiali-tatem realē, neq; diſſolubilitatē realē eorū ex q-bus fit talis compoſitio. Nam cū in re nō diſtin-guantur, ſed ſola rōne, non ſunt in re propriè vni- B ta ſed vnum, vnde neq; in re ſunt ſeparabilia, ſed ſola mente præſcindi poſſunt, q̄ nō repugnat ne-ceſſitati eſſendi. Atq; hoc mō, & p̄dicto exēplo conuenientiæ, & diſtinctionis diuinarū perſona-rum, videntur eneruari multæ rōnes, quæ in hac materia fieri ſolent, & tanguntur à D.Tho. in p̄-dictis locis, & in multis aliis primi, & ſecundi li-bri contra Gentiles, q̄ licèt valde ſubtiles ſint, & Met. & aptę ad pſuadēdū intellectū bn̄ diſpoſitū ſunt tn̄ difficiles ad cōuincēdū ꝑteruū, & repu-gnantē.

Tertia ratio ad idem.

IX. Huiuſmodi ēt eſſe videtur illa rō quam de-cimo loco in c.42. lib. 1. cont. Gentil. ponit idem S. Doctor, ſ. Ens, quod per ſe eſt neceſ-ſarium, habet neceſſitatem eſſendi inquantū eſt hoc ſingulare: ergo impoſſibile eſt entia per ſe ne-ceſſaria eſſe plura, ergo non poſſunt eſſe plura en-tia improducta, ergo quidq̄d eſt, ab vno ente im-producto trahit originem. Conſequentia prima patet, quia ſingularitas rei non eſt communica-bilis alteri, & ideo quod cōuenit alicui quatenus eſt hoc ſingulare ſignatum, non eſt multiplicabi-le. Reliquæ autem illationes per ſe notæ ſunt. An-tecedens verò probatur, quia ſi ens neceſſariū nō hēt neceſſitatem eſſendi quatenus eſt hoc ſingu-lare indiuiduum: ergo hæc ſingularitas non eſt per ſe neceſſaria enti neceſſario vt ſic: ergo ex ali-quo alio dependet, aut aliunde prouenit. Hoc aūt inuoluit repugnan iā: nam ens per ſe neceſſariū maximè dēt eſſe tale quatenus ſingulare eſt, quia non eſt ens actu niſi quatenus ſingulare eſt: ergo ſingularitas ipſa maximè dēt illi cōuenire ex in-trinſeca neceſſitate, & non aliunde, neq; depedē-ter ab alio. Si aūt ſingularitas conuenit ex intrin-ſeca neceſſitate eſſendi, nō pōt multiplicari, ſicut ſi hō ex intrinſeca rōne hominis neceſſariò ſecū afferret ſingularitatē Petri, n̄ poſſet multiplicari.

X. Eſt ſanè rō egregia, & ſubtilis, poſſet aūt aliqs perſiſtens in prioribus ſolutionibus, reſpondere hoc ens ſingulare, quod eſt improductum, habe-re neceſſitatem eſſendi quoad totam ſuam entita-tem ſingularem, & illam vt ſic non eſſe cōicabi-lem alteri, nihilominus tn̄ è cōtrario non conuer-ti, neq; ens neceſſarium vt ſic, neceſſariò poſtula-re hanc ſingularitatem, ſed poſſe habere plures, & in vnoquoq; ſingulari ente neceſſario habere ſingularitatem eius, non aliunde, neq; dependen-ter ab alio ſed ex intrinſeca entitate, & natura ſua nō vt cōi, ſed vt propria. Illa.n. cōitas ſeu conue-nientia, quæ ſolum eſt ſm̄ ratione, ſæpe poteſt fundari in ipſis entitatibus ſingularibus, & in pro-prietatibus quas habent, etiam vt ſingulares ſunt. Sicut eſſe ens incorruptibile natura ſua, conuenit angelo ēt ſecundum vnamquamque naturā ſin-gularem quamuis id non oriatur ex ſola ſingulari-tate, ſed abſolutè ex tota natura, & eſſentia: Ita er-go dici poſſet de pluribus entibus improductis, & ſingularib. quoad neceſſitatē ſimpliciter eſsēdi.

Quarta ratio idem probandum.

Nihilominus tn̄ illa rō mihi valde probatur, quam in hunc modū propono. Quia vbicun- XI. que rō cōis eſt multiplicabilis ſecundum diuer-ſas naturas ſingulares, eſtò non ſit neceſſe ſingu-laritatem in re ipſa diſtingui à natura cōi, opor-tet tn̄ vt aliquo mō ſit extra eſſentiam talis naturę nam ſi eſſet illi eſſentialis, reuera talis natura non eſſet multiplicabilis, vt ſupra dictum eſt, tractan-do de principio indiuiduationis: in ente aūt im-ꝑducto intelligi non poteſt q̄ ſingularitas ſit extra eſſentiam naturæ eius: ergo impoſſibile eſt vt ta-lis natura ſit multiplicabilis. Minor ꝓbatur, quia in ente improducto neceſſe eſt vt ipſum eſſe exi-ſtentiæ ſit de eſſentia eius, in eo enim conſiſtit intrinſeca neceſſitas eſſendi, quod ex vi eſſentiæ ſuæ habeat eſſe, ita vt eſſentialiter ſit ſuum eſſe, ſed eſſe nō eſt niſi rei ſingularis, vt ſingularis eſt, ergo neceſſe eſt vt ſingularitas talis naturæ ſit ēt de eſſentia eius, & cōſequenter, vt talis natura nō ſit multiplicabilis. Atq; hoc ipſum eſt q̄ D.Tho. D.Thom. ait, illud ens quod eſt improductum, ſeu quod eſt ſimpliciter neceſſarium, ſeu quod eſt eſſentialiter ſuum eſſe, non eſſe hoc ens ſingulare per aliquid extra eſſentiam eius, ēt ſecundū rōnem, quia niſi includeret in ſuo conceptu eſſentiali ſingularita-tem, non includeret in ſuo eſſentiali conceptu ne-ceſſe eſſe, quia eſſe actu includit eſſe ſingulare.

XII. Obiectio Aureoli contra præmiſſam D.Thom. rationem. C Dices (vt obiicit Aureol. in 1. d. 3.) hac ratione ad ſummum probari non poſſe dari duo entia im-producta ſolo numero diſtincta, non verò q̄ nō poſſint eſſe ſpecie, ſeu eſſentialiter diſtincta, ſic .n. multi Thomiſtæ aiunt naturas angelicas eſſe eſſentialiter indiuiduas, & ideò non poſſe multi-plicari numero, & nihilominus multiplicari ſm̄ ſpeciem. Dissoluit. Reſpondeo in primis, probabiliſſimum eſſe nullam naturam quæ propriè ſit ſpecifica, & cum alia habeat genus commune, eſſe eſſentiali-ter indiuiduam, tum quia hoc ipſo quòd eſt ſpeci-fica natura, eſt potentialis de ſe, & ideò non eſt cur illi repugnet multiplicari numero, tum etiā quia ſi illi non repugnat compoſitio ex genere, & differentia ſpecifica, non eſt cur ei repugnet compoſitio ex ſpecie, & differentia indiuiduali. Deinde dicitur, ex rōne facta cū proportione ap-plicata, concludi, neceſſitati eſſendi intrinſecæ, & eſsentiali, repugnare multiplicationem talis natu-ræ ēt cū diuerſitate eſsentiali, vt in eodē c. D.Th. ſignificauit rōne 8. Quia, ſicut ī cōceptu eſsētiali illius